

si quid inter Scipionem et cetera somnia
aliquid otij est, quod succidas, magni peccato
tuis quoque manibus obiter evolvit opusculum
inter nugas meas non nugacissimum. Lactu
autem meo, ut videbis, necito abruptum.
Nunc ad me referendum ut curas, peto.

J. Jac: Pontano

(269)
Ad epistolam tuam Pontano Charissime, multis mihi post
diebus quam scripta fuit, redditam, statim ecce et facili
negotio sic respondeo. Si Historiae Belicae exemplar
Principi meo oblatum cupis, ad me quamprimum deferri
ut curas, praestituum hac in re, id officii, quod in
majoris momenti alijs ad commoda vel expectationem
tuam spectantibus, pravo ubique affectu, animoque
libentissimo praestabit. Tuis.

26. Januarii 1639.

Nicolao Heinsio
D. fil:

(270)
Magnam cum voluptate mea observo, doctissime Juvenum,
eruditionis in te ac iudicii incrementa; non latentia
illae quidem, qualia fere sunt rerum naturalium, sed
grandi, et ut apud Comicum legisti, gallatorio gradu,
in arduum virtutis clivum eitentias. Observari autem
his diebus, in soluti adstrictique sermonis vere flosculis
quos tumulo dignissimi sodalis, utriusque summam cum
laude inspexisti. Confiamas itaque me, et quodam modo
consolans, anxium subinde, quid hoc tandem saeculo
futurum sit; cui cum quotidie ut vides, praestantissima
quaque literarum lumina eripiantur, earundem
et nomen aliquando auferendum erit, Summus vir
tuus parens, qui me hercule cum paucissimis hodie
hic fuerit consummata eruditionis existimationem,
aliunde, et quidem quocumque penes oculos flexeris, pri
dem exultantis. Occurris enim harritantis, et frequentibus
iudicis, ut nunc demum polliceris, si qua fata aspera
vincas non fore, ut unquam iuste Patria doceat de
toto Heinsio simul amisso. Quando igitur tot anxorum
intervallo me sequeris, neque eo fortasse curriculi mei
spithamas porrigeretur, ut in aetate te ac studiorum tuo
rum summam maturitatem admiratissimum, gaudeo

ex me